UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Adelhardus Abb. S. Macarius Erem. S. Theodora Matrona. 2. Ian.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

Visual Library

1. S. Adelhardus, conſanguineus Caroli M In Corbeia Galliæ religiòſam vitam profeſſus, atque in Abbatem electus, erat Theſaurus pauperum, patrimonium viduarum, pater orphanorum &c. triduo ante Natal. Dni incidens in febrim indies miſſas audiebat, & Communionem S. percipiebat, denique benedictionis oleo perunctus S. fine quieuit.

2. S. Macarius Alexandrinus Abbas ſanctitate conſpicuus, quadrageſimale ieiunium ſine omni cibo tranſegit, ſatur cæli deliciis. Diſtracto ſibi inter precandum dictitabat: Anima mea, ne te in terras è cælo demittito. ſancte obiit circa Annũ 350. centenarius.

3. Theodota Mater SS. MM. Coſmæ & Damiani, arbor fuit ex fructibus ſuis & merito, ſuo clara, circa A Domini 270.

S, Adelhardus Abb. S Macarius Erem.
S, Theodora Matrona. 2, Ian.

Eleemoſyna.

Date omnibus, ne, cui non dederitis, ipſe ſit Chriſtus *Auguſtinus*.

Deus, qui nos B Adelhardi (Macarij conf. Theodoræ) annua ſolennirate lætificas: concede propitius, ut cujus natalitia colimus etiam Actiones imitemur Per D. N. I. Chr. &c.

Ora pro pace, &